Salue uir clarissime Et diu nihil ad te scripserim nulli uelim ascribas
negligentie Duodecimo enim kalendas Octobris a sorore et thermis
in quibus lauabar redij Et cũ uix patriã attigissem, magnũ mihi
bubones in spina dorsi creuerat adeo ut nihil || me diũ scribere possem.
agere ||
Nec si maxime potuissem, nuncius aderat q meas ad te deferret
literas Proprius itaq nuncius ad te missus cũ lris tuis in quibus
q unqȝ mihi benefeceris q me plusqȝ amaueris q me fideliter
instruxeris q deniqȝ nihil nõ pro Conrado feceris, gras tibi
(Preceptori meo nõ dicã undecunqȝ doctissimo sed longe omiũ chariss.)
ago nunqȝ intermorituras, Agamqȝ qȝ diu uiuam. Teqȝ tuosqȝ no-
omnes, sponsã quoqȝ quecunqȝ tua futura est ualere iubeo
et feliciter uiuere, Primo namqȝ et meo consilio Luteciã studij
et bonarum lrarum Clarcam deniqȝ grã me recipiã, die Iouis proxi-
ma a chara priã soluam, Comites erunt duo Tigurini ex decre-
to Senatus urbis Tigurinæ Regis stipendiarij, Qui oiã nuncius
exactius tibi aperiet Et Reliquũ iã dicã Cũ a me discederes
in Elligoio petebas ut qȝ primũ te certiorem redderem, quid
pater interim decreuisset de filia quanta dote eã tibi locaturus
esset Ego ne unqȝ partibus meis deessem atqȝ promissis starem
patrem quid acturus est quesiui, Respondere hoc pacto cepit.
Paranympho sũ inspecto, Te tantũ uirũ potentis grẽ, doctrina
autoritate et fama, forsitan nõ adeo sororẽ meã desiderasse,
aut rem maioribus, me senio et autoritate aggressus esses.
Utcunqȝ tñ sit si serio agere uelis (iocatũ enim te putat) tu-
tuus sit, tua etiam filia erit uellet si ditiorẽ (illud enim audi-
uimus) nõ ducturus sis, Et si pater, tuus in hac re nõ consensu-
rus olim sitis, in reliquis tecũ uult qȝ maxime consentire, Te
nõ minus obseruare qȝ prius unqȝ, tuus totus ẽẽ, ut se abuta-
ris etiam. De me nõ est q dubites Vadianũ amare et
obseruare eius deniqȝ nõ q literarumqȝ extollere nõ desinã
donec ualebo uiuamqȝ, lras ut missa faciã Te oro
atqȝ obsecro ut supellectile meã cũ ad Viennã redieris
libros puto aut cũ tuis huc mitti cures aut si Rauen-
spurgenses mercatores abducturi sunt fac ut oiã apte
disponant quo facilius et commodius uehi possint Iam
nihil ẽ quod scribendũ preterea hẽt habeam

oe̅s te salutant Tuos quotquot sunt oe̅s no̅ie meo saluta. Vale. Ex Tiguro Sexto Kalendas Octobris Anno a nato Christo M D XVIII.

Conradus Grebelius Tigurinus Vadiani nisi tantus uir esset plus'que frater sed q̄m tantus sit seruulus deuotissimus. +

Magistrum Volfgangum Bohemum preceptorem meum suos'que tuos'que et Viennae sunt tu eo Veneris nomine meo multa salute affice.